



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Mariae Virginis Sacratiss. Miraculorum Libri Tres**

**Vismara, Ercole**

**Mediolani, 1579**

Mirac. Virg. XXX. Coenobita a alde pius, qui cùm saepe aegrotarem, nimis accuratè ualetudinem uarijs medicinis, ac medicis curabat, Virgine adiuuante, rectam se in uiam dedit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

mollia sudariola, quae gestabat porrigens, sudorem, ac puluere ex operariorum fessis corporibus abstergi iubebat; eam rem ipsae studiosè, & accuratè praestabant. Quis profecto non uidet, eos, quorum animus ad Deum propensus est, & qui ab eo pendere statuunt, nūquam deserui, nunquam derelinqui? Quis non intelligit, semper cum illis esse diuini spiritus uiribus maxime potentis, quae ipsos foueant, ac complectantur? Demum uerò ij in coelestem patriam cum Deo ad meritum triumphum deducuntur.

## MIRAC. VIRG. XXX.

*Coenobita ualde pius, qui cum saepe aegrotaret, nimis accuratè ualitudinem uarijs medicinis, ac medicis curabat, Virgine adiuuante, rectam se in uiam dedit.*

**T**Ametsi quidam Cisterciensis eximia animi puritate excellebat, tamen quia saepè aduersa ualitudine utebatur, propèssiori desiderio, quam par erat, & pharmacorum noua genera, & diligenter medicorū curationes perquirebat. Id huiusmodi uirū facere non decebat; quippè qui non in medicis, sed in Deo optimo maximo bonae, ac solidae ualitudinis spem collocare debebat. Immortalis enim atq. omnipotens reb. omnib. praest; & ab eius imperio omnia pendent. Tandem, Virgine adprobante, factum est, ut monachus sese collegerit, spreta illa nimis acri solitudine; atq. ad Deum solum, sicuti cetera ualitudinis studium contulerit. Noctu uidere uisus est in

sillom

ut

ut diuinis pre cationib. operam darent; & ante fores  
stantem coeli reginam, quae manib. gerebat uasculū  
dulcissimo succo plenum, quo singulos, uti quisq. tem-  
plum ingrediebatur, reficiebat. Refectis omnib. cum  
ad se uentum esset, existimans, se quoq. coelestem il-  
lum succum degustaturum, ad Virginem accessit. At  
ipsa, frustra, inquit, à me id expectas. Non. n. tibi no-  
stris reb. opus est; cum per te tam diligenter tibi con-  
sulas: cum tam studiosè aliorum medicorum ope utar-  
is. Tibi aliunde pete medicinam. Nam solum à me  
paratur medicina ijs, qui nullū medicum consulētes,  
spem bonae ualitudinis in meo solo nato collocant.  
Spretis igitur reb. omnib., quib. ex humanis corpo-  
rib. morbi expelli possunt, se ille durissimo, & asp er-  
rimo uitae generi dedit. Quarè paucis post dieb. cor-  
poris, & animi uirib. confirmatus optimè coepit ua-  
lere. Quis ergo non uidet, cum mollities, ac nimia lau-  
ritia omnib. culpae notam inurat; id tamen ijs, qui  
sacris ordinib. addicti sunt uitiō magis tribui? cum id  
Virgo apertissimis signis etiam indicarit?

*MIRAC. VIRG. XXXL*

*Quidam, cuius uita non prius bene instituta erat, uisus est  
in medijs flammis exuri. Iccirco Virginis beneficio resipiscens,  
sanctitatis famam, postea adeptus est.*

**E** Schilus, qui prius quàm Cisterciensium legib.  
se adstringeret, fuerat Dacorum Antistes; cū  
uix duodecimum annum agens, in publico  
gymnasio Saxoniae grauiorib. studijs operam daret,

1107

G in